Ad legitime comprobandum et decla-
randum commemorati Epatus
statum supra positum ex veris
Originalibus desumpta hic
apponuntur.

Transactio inter Ser.mos et Illu.mos Stephanum Poloniȩ et Fridericum Daniȩ Reges facta est anno Dni 1555: die 28. Febrij in qua Conditiones seu Clausulȩ hȩ reperiuntur. Pma Subditorum istius Epatus Piltinen. Curoniȩ, Jura, libertates ac Privilegia legitime obtenta atque usurpata a Ser.mo Poloniȩ Rege authtate consensu Senatorum suorum accedente confirmantur, et si successu tporis ista Diecesis quocumque Jure ad aliquos pervenerit, integra conservari debent. 2da Incolis istius Epatus tam Nobilibus, quam Oppidanis liberum exercitium Religionis Augustanȩ permittitur, pari cum Ducatus Curlandiȩ Subditis libertate. 3a Si quis, vel emptionis, vel hypothecȩ, aut pignoris titulo possideat, sine legittima Juris cognitione de facto eâ possessione deturbari non debet, sed in ea tantisper conservari donec de Jure legittima fiat cognitio. 4a Cives Episcopatus Nobiles et Subditi, si quo Juramento Regi Daniȩ obstricti erant absoluti sunt et Ser.mo Regi Poloniȩ novo Jure iurando